

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA


23

WILLEHELMI HIRSAVGENSIS

MVSICA

Edidit

DENIS HARBINSON



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

1975

CORPUS SCRIPTORUM DE MUSICA

GILBERT REANEY

General Editor

WILHELM OF HIRSAU

MUSICA

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY
ARMEN CARAPETYAN
DIRECTOR

© 1975 BY ARMEN CARAPETYAN

CONTENTS

The manuscripts and their sigla	9
Abbreviations	10
The treatise	11
Plates	85-92
I Munich, Bayer. Staatsbibl. (Clm.) Lat. 18914 f, fol. 41r	
II Munich, Bayer. Staatsbibl. (Clm.) Lat. 14965a, fol. 1r	
III Berlin, Staatsbibl. Lat. qu. 106, fol. 166r	
IV Berlin, Staatsbibl. Lat. qu. 106, fol. 168v	
V Vienna, Österreich. Nationalbibl. (Cpv) 51, fol. 74r	
VI Vienna, Österreich. Nationalbibl. (Cpv) 51, fol. 76v(b)	
VII Bologna, Civico Museo Bibliografico Musicale, A43, pag. 458-459	
VIII Rochester, Sibley Music Libr. ML 92/1100, pag. 201	

'Incipiunt capitula in musicam domini Willehelmi

V 73v

- ¹I. Prooemium in musicam domini Willehelmi abbatis.
²II. De regularis monochordi structura.
³III. De principalitate quatuor tetrachordorum.
⁴IV. Ex quibus causis vocentur principalia.
⁵V. Quod a tetrachordo gravium caetera nascantur.
⁶VI. Unde natura musicae artis maxime cognoscatur.
⁷VII. In quibus chordis species diatessaron, diapente et diapason naturaliter consistant.
⁸VIII. Quare a quibusdam eadem species descendendo construantur.
⁹VIII. De speciebus diapason.
¹⁰X. Quod in principalium chordarum operatione sit omnis vis et agitio troporum.
¹¹XI. Quae sint principales chordae, et de operatione ipsarum.
¹²XII. Naturalis dispositio troporum separatim in octo, et coniunctim in quatuor.
¹³XIII. Figura tropicae dispositionis, et explanatio ipsius.
¹⁴XIII. Figura monochordi, et explanatio eius.
¹⁵XV. Unde biformes et duplices sint D. et d.
¹⁶XVI. Qualiter Boetius et caeteri musici in D. et d.

¹⁷XVII. erraverint, et quod duplex a. necessario assumatur.
¹⁸XVIII. Qualiter moderni erraverint in eisdem chordis.
¹⁹XVIII. Quod dominus Guido antiquorum errorem cognoscens non correxit.
Quomodo omnes chordae, cum sint principales, sibi invicem principentur, et iterum sibi invicem subiciantur.
²⁰XX. De quatuor modis vocum.
²¹XXI. Quot sint intervalla vocum.
²²XXII. De consonantiis.
²³XXIII. Unde constent intervalla.
²⁴XXIII. Quot sint species earumdem consonantiarum.
²⁵XXV. Quibus proportionibus constent intervalla.

- ²⁶**XXVI.** In quot chordas ascendat vel descendat quisque troporum.
- ²⁷**XXVII.** Cuius tropi sint quaelibet chordae.
- ²⁸**XXVIII.** De sedibus troporum.
- ²⁹**XXVIII.** In quibus tetrachordis uniuscuiusque tropi principales chordae constent.
- ³⁰**XXX.** Quot chordae communes sint autenticis et plagis, et quae propriae.
- ³¹**XXXI.** Quae chordae autenticos, quae plagam includant.
- ³²**XXXII.** De octo tropis.
- ³³**XXXIII.** De circulis troporum.
- ³⁴**XXXIII.** Quomodo tropi sint similes, et quomodo dissimiles.
- ³⁵**XXXV.** De refragatione troporum.
- ³⁶**XXXVI.** Qualiter tres subiugales species diapente infra finales habeant.
- ³⁷**XXXVII.** Quod per elevationem et depositionem varie construantur tropi.
- ³⁸**XXXVIII.** De modis vocum.
- ³⁹**XXXVIII.** Quomodo proportionibus quatuor consonantiae constent.
- ⁴⁰**XL.** De mensura monochordi.
- ⁴¹**XLI.** Mensura theoremati troporum [arte metrica].

31 plagues *ms/*
34 sint tropi *ms/*

/41 arte metrica *om ms/*

Incipit prooemium in artem musicam
Willehelmi abbatis sub ipsius nomine
et cuiusdam Othlochi per dialogum compositam

Be 157, Bo 431, R 184, V 74

¹Othlochus. Postquam donante Deo petitionibus meis et quaestionibus in astronomica satisfecisti disciplina, consequens est ut ad musicam transferatur collatio, quatenus post praecepta rerum, quae ad astronomiam pertinent, non sine harmonia, ut aiunt philosophi, currentium, ipsius etiam harmonicae artis originem et naturam, quantum auctor naturae concesserit, adhuc latentem proferas.

²Willehelmus. Rem satis arduam utpote a peritissimis hucusque intactam iubes. ³Sed quia freno me caritatis potenti manu tenes, in quaecumque montana duxeris, facilius *aestimo* relabi aut retro cadere quam recalcitrare. ⁴Verumtamen ne post diurnae viae terminum castra metandi tempore novam et nondum certam inconsulte aggrediamur, respirationi atque meditationi reliquum diei concedatur spatum, et cras in nomine Iesu congregemur, sicque ipso nos mediante ac ducente propositum iter incipiamus.

⁵W. Hesterni promissi debitum quod a me, carissime frater, exigis, aliter persolvere nequeo, nisi eorum recordatione vel recognitione quae tam ex musica Boetii, quam ex probabilibus modernorum scriptis tibi cognita sunt, isagogen quandam praeparem ad incognita.

2: Titulus: Neque numerum neque titulum capituli habent Be, Bo, R/

1 Othlochus I. POSTQUAM. DONANTE. DEO. Donante deo petitionibus etc,
sed secundus deo illeg V/ /O. pro Othlochus Be, Bo/ /Othlochus om
R/ /Posquam Be/ /questionibus Be, Bo, V/ /precepta Bo/ /que
ac ad astronomiam Bo/ /armonice pro harmonicae Be/ /ad hunc pro
adhuc Be/ /2 W. pro Willehelmus Be, Bo/ /3 me freno Be/ /quecum-
que Be/ /quaecunque V/ /facilis Bo/ /4 Veruntamen Bo, R/
/diurne Be/ / in pro et post novam R/ /5 W. om R/ /recordatione vel
om Be, Bo, R/ /vel recognitione suprascer recordatione V/ /ex ante proba-
bilibus om Bo/ /scriptis Be/ /cognota pro cognita Be/ /in marg
(iuxta 5) liber sanctae[?] mari ...lacu...[?] partim illeg Be/

Ex. 2

Be 168v, Bo 449,
R 201, V 77

Unusquisque proprietatis superiorum troporum suae chordis ex prima specie diapente, ab A. in a. & diatessaron ab troporum		species diatessaron omnes species diapente omnes species diatessaron		principalibus quartuor finalium, ex prima specie diapente, que est ab A. in D. & ex prima specie diatessaron, que est de ceteris	
D.	III. Tetrardus constat	G.	III. ex omnibus quartis	d.	III. chordis & speciebus
C.	III. Tritus constat	F.	III. ex omnibus tertiiis	c.	III. chordis & speciebus
B.	II. Deuterus constat	E.	II. ex omnibus secundis	b.	II. chordis & speciebus
A.	I. Protus constat	D.	I. ex omnibus primis	a.	I. chordis & speciebus
FINALES		SUPERIORES		EXCELLENTES	